Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

in melotis & in pellib; capris egentes. angustiati. afflic
ti. quib; dignus non erat mundus. In solitudinib; errantes.
in montib; & speluncis. & in cauinis terre. Et hi omnes te
stimonio fidei probati inuenti sunt in xpo ihu dno nro. At
Fratres. Rememoramini pristinos dies. Ad hebreos
in quib; illuminati magnum certamen sustinuistis pas
sionum. in altero quidem opprobriis & tribulationib; specta
culum facti. in altero autem socii talium conuersantium facti. Nam
& uinctis compassi estis. & rapinam bonorum uestrorum cum gau
dio suscepistis. cognoscentes uos habere meliorem. & ma
nentem substantiam. Nolite itaq; amittere confidentiam uestram. que
magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria
est. ut uoluntatem dei facientes. reportetis promissionem. Adhuc
enim modicum aliquantulum qui uenturus est ueniet. & non tarda
bit. Iustus autem meus ex fide uiuit. ℣ Sapientie
Qui timent dominum erunt incredibiles cibo dei. & qui
diligunt illum. satiabunt uiam illi. Qui timent
dominum. inquirent que bona placita sint illi. & qui diligunt eum
implebunt legem ipsius. Qui timent dominum preparabunt corda
sua. & in conspectu illi sanctificabunt animas suas. Qui timent
dominum custodiunt mandata illius. & patientiam habebunt usq;
ad inspectionem illius. At machabeorum
Fratres. Spectaculum facti sumus mundo. & angelis. & ho
minib;. Nos stulti propter xpm. uos autem prudentes in xpo.
nos infirmi. uos autem fortes. uos nobiles. nos autem ignobiles.
usq; in hanc horam esurimus. & sitimus. & nudi sumus. & colaphis
cedimur. & instabiles sumus. & laboramus operantes manib; nris.
Maledicimur & benedicimur. persecutionem patimur. & sustinemus. blas